


S A N C T I
F U L G E N T H I
R U S P E N S I S E P I S C O P I
O P E R A,
Q U Æ S U N T P U B L I C I J U R I S O M N I A.

AD MANUSCRIPTOS CODICES PLURES, NEC-NON AD EDITIONES
antiquiores & castigatiiores emendata, aucta, & in
unum omnia volumen nunc primum collecta.

Accessere præterea in hac nostra Editione

D. A M E D E I
E P I S C O P I L A U S A N E N S I S
H O M I L I A.



V E N E T I I S,
Apud A U G U S T I N U M S A V I O L I .
M. DCCXLIL
S U P E R I O R U M P E R M I S S U , A C P R I V I L E G I O .



P R A E F A T I O.

OMNIBUS quidem Patrum scriptis ea dos inest, ut non solo mentes veritatis fulgore perstringant; sed simul intimum quemdam pietatis sensum cordibus legentium inserant: Haud scio tamen an ullius propria magis laus illa fuerit quam Fulgentii; cuius ex scriptis is charitatis spirat ardor, ea spiritus ubertas exundat, ut pectus Deo plenum non intelligas modo, sed sentias.

Augustini discipulum scias, non magis ex confessione dogmatum, quam ex similitudine virtutum, variisque ingenii ac morum ornamentiis quibus ille totum Augustinum expressit.

Est quidem Augustini stylus aliquanto cultior, & a saeculi sui vitiis intactior, eum Fulgentio nunquam curae fuerit abstergere saeculi sui situm, at idem in utrisque mentis vigor, idem acumen, idem sententiarum pondus, eadem ingenii felicitas, eadem in tractandis scripturis diligentia, dexteritas, affluentia, eadem morum aequitas, suavitas, mansuetudo, idem charitatis ardor ex scriptis emicans, idem pro veritate zelus. Nec dispare utriusque hostes. Nam & Augustino frequens cum Arianis luctatio fuit, & Fulgentium haec heresis per totam vitam exercuit: cum Semipelagianis orientibus conflictus Augustino fuit, cum iisdem adultis Fulgentio: pari utrobius successu. A neutrō enim hic error in totum compressus est, sic tamen ab utroque revictus & depresso est, ut utriusque tota se Latinorum Theologorum cohors semper adjunxerit.

Eum igitur cum inter Ecclesiarū scriptores locum merito Fulgentius obtineat; multis Ecclesiasticarum litterarum amantibus ægre erat ejus opera tam incuriose adhuc habita, ut alienorum potius scriptorum accessio fuerint quam in proprium collecta volumen suo jure steterint. Quod cum emendatum cuperet vir clarissimus, de tota Gallia, ac de litteris praescienti bene-meritus, novam Fulgentii editionem, pro ea qua pollebat autoritate, quamprimum adorari præcepit. Hæc illa est quæ nunc in lucem prodit: in quam mihi eorum qui editioni præfuerunt rogatu aliquid præfaturo nihil potius visum est, quam ut corum quæ supersunt Fulgentii operum brevem quandam seriem instituerem eorumque occasiones & argumenta strictim exponerem.

Fulgentius igitur ex Regio procuratore monachus, tum Monasterii præpositus, deinde Presbyter, mox Episcopus, ac continuo cum aliis Africæ Episcopis in Sardiniam relegatus; atque inde a Thrasimundo, nescio quem litterarum amorem præse ferente, ob singularem ingenii & eruditioñ famam revocatus in Africam: post primum illum e Sardinia redditum, pro Ecclesia tum defensione tum institutione varia scripsit.



S. FULGENTII
EPISCOPI RUSPENSIS,
DE DUPLICI PRÆDESTINATIONE DEI,
UNA BONORUM AD GLORIAM,

Altera malorum ad pœnam.

T U T A
LIBRI TRES.

Ad Monimum.

L I B E R P R I M U S.

C A P U T P R I M U M.



Itere tua, fili charissime nomine, quantum demonstrant delectabilem tui animi fonsitatem, laudabilemque studii spiritualis ardorem; tantum nostrae responsiones, querula benignitate, videntur arguere tarditatem. Tanquam in eo, minus quam debeo, te yidcar diligere, quod inquisitionibus tuis non curaverim celestiter respondere. Sed crede raihi sicut in charitate Christi, personam tuam nequam in corde meo contempsam, sic responsum meum, non voluntate, sed occupationum varietate dilatam. Verumtamen inter ipsis occupationes, quas invitus tolerare compellor, tantum studio tuo congratulor, quantum tua charitate delector. Eo magis amplectens sanctum aviditatis tue propositionem, quod sicut vere spiritualis negotiator, interius bonitas lucra consequens, & coelestium mercium questus, magis ac magis amplificare desiderans, primum quod a me flagitas debitum, subinde cumulas scensore quæsionum, ut soliceriorum commodorum militet in clementis ipsa nostra necessitas tarditatis. Precoide confido in misericordia Dei nostri, quia si quid mihi hujus inquisitionis ac disputacionis opere pro meo merito non conceditur, pro tuo mihi desiderio concedetur. Neque enim inquisitionem tuam

S. Fulgentii.

Deus inventionis effectu fraudari ullatenus suet, qui te ad inquietendum spiritualiter inflammat, & cum ipius fidele premissum, nulla ratione calleatur dicentis: *Petite & accipietis: quarite & iuvaretis: pulsate, & aperietur vobis.* Interetus igitur Magister, a quo subiudicium doctrinae coelestis accipimus, non solum inquietintibus nobis, suorum aperiunt arcana sermonum, sed ut etiam querentes ipse gressus in spiritu affectum. Quia nec esurire panem illum, qui de celo descendit, possumus, nisi ab ipso Ioh. 6. 33. fastidientibus claves detur, qui se ad satiandos esurientes donare dignatur. Ab ipso etiam nobis est, quod ad fontem sicutius currimus, qui se nobis trahit, ut bibamus. Ipse igitur laudandus est, in utrisque muneri gratias sive cum nos ad se querendum dormientes exsulet, se cuius se inveniendum nobis querentibus donat. Qui profecto nullatenus inventur, nisi ipse nos excite, ut queratur. Luc. 11. 9.
Deus ut
eum queca
ut inpi
rat, & a
querenti
bus inven
tur.

C A P U T T E C U M
R Evolvens igitur scripta tua, tanquam chirographa mea, ut ex his instruererit quod, vel quorum tibi esse debitos questionem, duas ad praesens epistolam poeni reperi. Unam contineat rem sancti Augustini verba, quæ in libro de Perfectione Justitiae hominis, de his quæ ad interitus prædestinati sunt, inter alia posuisse cognoscitur. Quæst. 1.

(a) Cod. MS. T. 6. munere gratis.

A

Col

D. A M E D E I
LAUSANENSIS EPISCOPI.

D. A M E D E I
EPISCOPI LAUSANENSIS
DE
LAUDIBUS GLORIOSÆ
VIRGINIS MARIAE.

Perelegantes Homiliae.

S. Fulgentii.

A. S.

D. AME.